

Johann Huswedel

**Programma Quo Rector Universitati Rostochiensis,, Johannes Huswedelius, Phil.
pr. Prof. Ad Exequias ... Foeminae Margaretae Grundes/ Uxori dilectissimae Viri
... Dn. Casparus Boldebuch/ maritus moestissimus paratas cupid Hodie hora med.
prim. in templo S. Jacobi. Omnes omnium ordinum studiosos ... invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777524856>

Druck Freier  Zugang



Huswedel, J.,
in M. Grund,
uxor. C. Boldebuch.

R. 1638.

46





PROGRAMMA

Quo
Rector Universitati Rostochiensis,

JOHANNES HUS-
WEDELIUS, Phil. pr. Prof.

AD EXEQUIAS

HONESTISS. FOEMINÆ

MARGARETÆ

GÅDNÆS/

Uxori dilectissimæ

VIR PRÆSTANTISS.

Dn. CASPARUS Goldschmid

maritus moestissimus paratas

cupit

Hodic hora med. prim. in templo

s. Jacobi.

Omnes omnium ordinum studiosos

diligenter invitat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.

Anno M DC XXXIX.

117.

Plures prohdolor, quam prō voto &
exst̄atione nostra, defunctas ma-
tronas hisce proximis aliquot men-
sibus extulimus: quarum aliquæ p̄a-
ceteris virtutibus piæ vixerunt,
in aliis cluxit modestia conjugalis fides,
& in pauperes minimè restricta liberalitas:
alias etiam in ærumnis, quæ plurimæ his
temporibus, quasi factio agmine irrunt & eas p̄-
cipue affligunt, quæ aliorum patrocinio quam
maxime indigere videbantur, patientia Deo p̄a-
cipue commendat, alias aliæ virtutes hoc secu-
lo rarae, omnes autem ita Deo viduatum patri ca-
re, ut eas dignas judicarit, quæ huic seculo, pravo,
crudeli, calamito subtraherentur & in locum
neq; pravitati vitiorum, neq; crudelitati militū,
neq; calamitatibus fortunæ, obnoxium, securæ
transferrentur. In hunc censum refertur merito,
pia, honesta, & omni mundo muliebrium virtu-
tum ornata matrona MARGARETHA Grundes /
Honestissimi ac doctissimi Viri Dn. GASPARI Bol-
debuchen/ Ampliss. Facultatis Iuridicæ Secretarij
fidelissimi, amici nostri colendi uxor dilectissima:
cujus vita brevibus lineis describenda ostendet,
eam, uti propter virtutes vita lōgiore digna fuis-
set, ita non minus dignam, quæ inter pie & beatè

defunctas memoretur, & ex semper charitatis christiani officium ac testimonium a nobis adipiscatur. Nata est autem honestissima foemina in hac urbe Anno Servatoris nostri nati 1613. die 15. Maij ex Parentibus piii, honestis, & in hac civitate merito virtutum notissimis. Pater enim ei fuit Vir bene Eruditus & honestus Dn. JOHANNES GRUNDT, civis bonus, quem haec nostra, nimis huc! cito in locum, quo ipsa nunc sequuta est, abeuntem do- luit. Mater adhuc superstes, quae filiam turbato naturae ordine ante se defunctam acerbissime luget, Honestissima & insigni probitate ornatissima matrona ANNA WESEBOHM. Avu. Paternus, NICOLAUS GRUNDT, Vir itidem bonus & civis primarius ex cerevisiariorum ordine; Avia materna, fuit matrona pia, & honesta MARGARETA KAFFIN EISTERG. Materna linea si recensatur, ea primo avum ostendit virum honestissimum JOACHIM WESEBOHM, virum industrium & sui generis primariu: ostendit ayam MARGARETAM NETTELNO blades, matronam pietate & honestate, interaequa- quales ornatissimam. Qui parentes & majores, ut in civitate, honestissimi, & studio Christianae pietatis deditissimi, haec filiolam suam recens natam, Servatori Christo commendandam & mystico ejus corpori quod est Ecclesia perlava-

erum regenerationis & renovationis in Spiritu S.
Baptismum inferendam curaverunt : & non alen-
do solum corpori cibum praebuerunt, sed & for-
mandis moribus, quales virginem exornant, o-
peram diligentem & studium assiduum inpende-
runt. Pater, uti vir pius probus & eruditus, non a-
lienâ solum hanc ad rem opera usus est, sed & suâ
principiâ, qua tamen diu tenellæ frui non
licuit. Cum n. valetudine uteretur non firmissi-
ma diem suum obiit morte immatura, & soli ma-
tri, hanc suam curam discedens ex vita, reliquit.
Ea vero, nec minus gnaviter, istam suscepit, & o-
mnem labore educandæ & informandæ filiæ vir-
gini necessarium sola exhausit ; eo quidem succes-
su & eventu, ut ejus ætas, forma & mores place-
rent Humanissimo, virtute & eruditione præstan-
tissimo inveni Dn. C ASPARO BOLDEBUCHIO, qui
nuptias ejus legitimè ambivit, & consentientib⁹
omnium propinquorum suffragiis feliciter inpe-
travit, Anno 1634, die, qui S. Galli diem præcedit.
Feliciter quidem ceperat hoc matrimonium inter
conjuges, in sua pietate, concordia, & industria
Oeconomicâ, conspirantes : unde nec in ceteris
bonis divina benedictio defuit, nec in producen-
da filiola. E LISABETHA quæ solius nunc patris
vidui dulce onus & justissima cura superest.

Et

Et plures haud dubie fructus ex hac arbore
expectandi fuissent nisi mors intempestiva
suum negotium egisset, & vinculum divina
autoritate adstrictum sua violentia dissolvisset, an
disrupisset potius. Cum n. valetudine uteretur
non satis bona & constanti, ita ut proxime lapsa
autumno, totis dece septimanis decubuerit, mor-
bus iste vires corporis ita absunt, ut restitutio-
nis integræ vix ulla spes esset. Ut cumq; tamen
restituta duravit, usq; ad nonum abhinc diem; qui
cum alios ei morbos, tum febrim attulit ex ardē-
tiū genere periculosa: Eaq; vim suam in corpo-
re parum firmo & robusto ita exeruit, ut remedia;
alias efficacia, parum proficerent. Quod cū ipsa in-
primis deprehenderet, ad animæ consugit medi-
cinam & valetudinem suam piis precibus Deo-
commendavit: cuius videndi & fidei corde cō-
pletebendi desiderium professa, negavit se quidqua
curare terram, & quæ terreni homines habere se
putant preciosa. Nec minori fiducia in servato
suum prædicta, ei se, ut semper vixerit, ita fideliter
mori testata, eundē ex natalitia cantiuncula
in vitavit, ut ad se tanquam recens natus puer di-
verteret, suo in corde quasi lectulo mollissimo ita
semper adquiesceret, ut memoria ejus nunquam
intermortua, etiam aq; , etiam in se, quamlibet

N 3

mor-

mortua, recēterur. His igitur toto morbi tempore
usa exercitijs, finem tandem vitæ invenit, pius &
placidum quasi somno dulci consopita & compo-
sita. Cum vixisset annos viginti quinque; menses
prope octo. Ut ergo pie vixit honesteq mulier
longipri vita dignissima, ita finem sortita est vitæ
similem, beatam & felicem, quique verius ingress-
sum in alteram vitam contineat, quam ex ista dis-
cessum. Gentes fuisse memorantur, qui hoc no-
strum vivere vocabant mori; Moria. vivere. Si
nato infante omnia doloris & luctus edebant si-
gna; eadem vero defuncto omnia lætitiae, quasi
ille mortem, hic vitam obiisset. Barbarorum ea
si fuit consuetudo, quid nos Christianos facere
æquum est, in eorum obitu, qui ita fide re-
demtorem suum JESUM CHRISTUM com-
pletebuntur, eidem semel inserti sunt, ita semper
in eo manent, atque ita militantes bonam
militiam, retinentes fidem bonam conscientiam
ex hac vita discedunt, aut verius in æternam in-
grediuntur. Et hac de re quidem Christiana pietas
dubitare nos non sinit: vidui mœstissimi ratio in-
primis est habenda; is præcipua consolatione eri-
gendus est, Is luget uxorem, piam ex animi sen-
tentia lectam & commodam, sexennio ac ne toto
quidem in conjugio commorantem: nullæ cum

ea

ea lites, domus pro illa conditione florens, nullus ad vitam non honeste saltem, sed & suaviter agendum, defectus. Hæc & alia vel plane crepta, vel immixta & magna sui parte sublata videntur. Quibus qui non fruitur, cum antea habuerit, non sine causa dolet. Quæram igitur primū, suam ne ipsius an uxoris vicē doleat, qui sic dolet; Si suā, iniquus videbitur, qui se magis, quam illam amat, qui tuū illius incomodo, studeat comparare commodū; si illius, quomodo non invidus erit? qui dilectam egrē ferat, evasisse tot hostes, ludibriorum scena, mere miseriarum (talis n̄ est hęc vita) per quod, ut maximē ex voto feratur navis, tamen in multis scopulos in pingat, multis vadis obherescat necesse est, cum ipsa nunc in portu naviget. At pia erat lecta & commoda! Quid vero, numquid mallet cum incommoda vivere, ut mortuam doleret minus? Quin gratiæ potius D E O horum bonorum autori offerendæ, quod ejus commoditate uti, frui licuerit, sine lite, sine damnō rei familiaris, absq; defectu: Verum in mediocriter florente domo diutius illud gaudium gaude-re optandum esset. Quidni optandum sit, modo non aliter videatur summo dispensatori & rerum humanarum arbitrio: Is eam delegit marito, ut societate ejus gauderet: Quām diu vero? non arbitrор

ealge conventum esse, ut ad mariti arbitrium vi-
veret, neq; in matrimonialibus tabulis perscriptū,
quam diu viveret. Novimus, qui nec annum in-
fegrum, nec mensem, nec septimanam, imo nec
diem quidem alterum in conjugio transegerint.
Quid integrum sexennium & boni consulendum
quod offertur, & quo animo carentum, quod ne-
gatur. Hæc uti ex bona & recta ratione dicuntur,
ita videntur sine majori ac sublimiori aliqua con-
solatione haud satis efficacia : quæ ex officina
Spiritus S. perenda est: Ea nobis offert puerum na-
tum, filium datum, cui qui vivit, male mori non
potest; quem qui animo fidei complectitur, nullo
morti, vel suæ terrore, vel alienæ dolore afficietur.
Superest, cives Academicí, ut vos vestrum agatis
negotium. Perhibete testimoniu[m] vitæ verè Chri-
stianæ, quam hæc defuncta vixit: Adferre solatiu[m]
non minimum civi nostro, qui de Ampliss. Facul-
tate Juridica & haec tenus benemeritus est, ac dein-
ceps mereri studebit. Consultite vobis ipsis & urbi
& Academiæ & toti provinciæ, omniumq; salu-
tem Deo commendate. Fiet conventus ad me-
dium primæ, in templo S. Jacobi P.P. Ro-
stockij, sub sigillo Rectoratus 28. De-
cembr. Anno 1638.



caelites, domus pro illa condit
ad vitam non honeste saltem
dam, defectus. Hæc & alia vel
minuta & magna sui parte su-
bus qui non fruitur, cum ante
causa dolet. Quæram igitur p-
an uxoris vicem doleat, qui sic
videbitur, qui se magis, quam
illius incommodo, studeat con-
si illius, quomodo non invid
egre ferat, evasisse tot hostes;
mere miseriarum (talis n. est h
maxime ex voto feratur navi
scopulos inpingat, multis va-
se est, cum ipsa nunc in portu
lecta & commoda! Quid ver
cum incommoda vivere, ut m
nus? Quin gratia poti
bonorum autori offerendæ
moditate uti, fruillicuerit,
rei familiaris, absq; defectu:
ter florente domo diutius illu
re optandum esset. Quidni op
non aliter videatur summo di
humanarum arbitrio: Is eam d
cietate ejus gauderet: Quam

ns, nullus
viceragen-
ta, vel im-
peratur. Qui-
t, non sive
ne ipse
ra, iniquo
t, qui tuu
ommodu:
i dilectam
m scenā,
r quod, ut
n multos
cat necel-
it pia erat
d mallei
leret mi-
horutū
us com-
edamno
mediocri-
gaude-
t, modo
& rerum
to, ut so-
on arbit-
tror

